

## Sermo

pie cedit negotioꝝ tumultuꝝ pia quies: quoniam bona conscientia ponit cedere. ut opus manu insudet. Quotiens per admirandis terrenis: iustissime ipis suspensio demus celebrandis missarum solennibus. Ordo pro posteris. scilicet necessitas non habet legem. Agitur suum actualis charitas ordinem iuxta patrifamilias iustione. incipiens a no uissimis. Pia certe iustitia que non sit acceptio personarum. nec precia consideret rez. scilicet hominum necessitates. At non ita affectual. nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sapientia per quam utique queque res sapiunt. put sunt ut (verbi gratia) que pluris natura habet: pluris quoque ipsa affectio sentiat. minora minus. minima minime. Et illa que de ordine charitatis veritas facit. hinc autem veritatis ordinem charitas vendicat sibi. Nam vera in hoc est charitas. ut qui indiget amplius accipiant plus. et rursum in eo cara apparet veritas: si ordinem tenemus affectu: que illa ratione. Tu si diligas dominum deum tuum toto corde. tota anima. tota virtute tua. et amorem amoris illi quo contenta est charitas actualis: affectu ferventiori transiit: ipso eo minus divino amore ad quem tu es deus accepto in plenitudine: spiritus tui ignescas sapit tibi profecto deus. et si non digne omnino. put est. quod utique impossibile est omni creature certe. put tuam sapere est. Deinde sapiens etiam ipse tibi put es: cum te senseris nil habere plus unde te ames nisi in quantum dei es. quippe que totum unde amas in illud effuderis. Sapiens (inquit) tibi put es: cum ipso experimento amoris tui et affectus quam ad teipsum habebis nihil dignum te esse inuenies. quod vel a teipso amet nisi propter ipsum sine quo ipse est nihil. Nam vero propter quem queque vere te oportet diligere tanquam teipsum. ut tibi et ipse sapiat put est: haud aliud profecto sapiet tibi quam tu tibi que hoc est quod tu. Est enim homo. Qui itaque te non diligis nisi quia diligis deum: sequetur omnes qui similiter diligunt eum: diligis tanquam teipsum. Porro inimicum hominem quam nihil est. pro eo que non diligit deum non potes quidem diligere tanquam teipsum qui deum diligis. diliges tamen ut diligat. Non est autem id ipsum diligere ut diligat. et diligere quia diligit. Proinde ut tibi et ipse sapiat put est. sapiet tibi: non quidem quod est qui utique nihil est. scilicet quod futurum forsitan est. quod est propter nihil. quippe quod adhuc pendet

sub dubio. Etenim de quo constat quod ad amorem dei non sit deinceps rediit: sapiat tibi necesse est. non propter iam nihil: sed nihil ex toto. ut pote quod in eternum nihil est. Illo igitur excepto que non modo iam non diligendus insuper et odio habendus est. sed illud. nonne qui oderit te deum oderat: et super inimicos tuos tabescebat. et de cetero nulli vel inimicissimo homini negari quamvis affectus charitas in hac parte ambiciosa permittit. Quis sapiens et intelligit hec? Da mihi hominem que ante omnia quidem ex toto se diligit deum. se pro et primum in quantum diligit ipsum inimicum aut tanquam aliquando forsitan dilecturum. porro pariter carnis sue germanius propter naturam. spirituales pro eruditores suos profusus propter gratiam. atque in hoc modum ad cetera queque dei ordinato intendat amore. despiciens terram. suspiciens celum. vires hoc mundo tanquam non vitens. et in vitenda et frueda intimo quodam mentis sapore discernens. ut transitoria transitorie. et ad id dicitur quod opus et put opus est curz eterna desiderio amplectat eterno. Tales (inquam) da mihi hominem et ego audacter illum sapienter pronuncio. cui nimirum queque res reuera sapiunt put sunt. et in veritate atque securitate cooperit gloriari et dicere. quod ordinavit in me charitatem. Sed ubi ille. aut quando ista? Deus fletus dico: quoniam odoratum et non gustatum. respicientes patriam et non apprehendentes: suspicientes et de lege salutes. Veritas etiam patriam. etiam finis. video te. sed intrare non sinor: carne retentus. sed nec dignus admitti: peccatis sordens. Sapientia que attingit a fine utique ad finem fortiter. in instituendis et continendis rebus. et disponis omnia suaviter. in beandis et ordinandis affectibus: dirige ac nos. put nostra talis necessitas poscit. et dispone affectus nostros put tua veritas eterna requirit. ut possit unusquisque nostrum secure in te gloriari et dicere. quia ordinavit in me charitatem. tu es enim dei spiritus et dei sapientia. Amen. in secula Amen.

Sermo. li.  
**E**st late me floribus: stipate me malis. quia amore langueo. Crevit amor. quia incertitua amoris plura solito precesserunt.